c Οὐ μετὰ πολὺν χρόνον] Illud οὐ inferitur ex *L. B.* atque etiam ab *optimo Paris.* scribente μετ' οὐ πολὺν &c. Epaphroditum enim a Domitiano occisum, innuere non potest, quem neque nominat hic, neque designat, ut quem plurimum ipse coluerit; illi vero quos nominat longe ante Epaphroditum, qui etiamnum vivebat occubuerunt. HAV.

d Ισπανίας,] Σπανίας *Big. Coisl.* & *Bod.*

e Αἰτιαθεὶς] αἰτιαθεὶς *L. B.* & *Paris.*

f Anti-

χτ\ μέσην τ Ρωμαίων ἀγοράν, [f] ἀπεδείχθη τε αὐτοκράτωρ Οθων, τήν τε τούτου [g] στρατιὰν [h] ὅπῃ τὺς [i] Ουϊτελλίυ στρατηγὺς καὶ καλάλυσιν, ἔπειτα τὺς χτ\ Ουϊτέλλιον ταράχυς, καὶ τ πρὸ τὸ Καπετώλιον συμβολήν, ὅπως τε Αντώνιος Πρίμος ὁ Μυκιανὸς, ἀφθείραντες Ουϊτέλλιον καὶ τὰ Γερμανικὰ τάγματα, κατέστειλαν τ ἐμφύλιον πόλεμον· πάντα ταῦτα διεξιέναι μὲν ἐπ' ἀκριβὲς παρῃτησάμην, [k] ἐπειδὴ δι' ὅχλυ πᾶσίν ἐστι, καὶ πολλῶν Ελλήνων τε καὶ Ρωμαίων ἀναγέγραπται. συναφείας δὲ ἕνεκα τ πραγμάτων, καὶ ἵν μὴ διῃρημένη τ ἱστορίαν, κεφαλαιωδῶς ἕκαστον [l] ἐπεσημηνάμην. Οὐεσπασιανὸς τοίνυν τὸ μὲν πρῶτον ἀνεβάλλετο τ τ Ιεροσολύμων [m] στρατείαν, παραδοκῶν πρός τίνα ῥέψῃ τὸ κράτος μετὰ Νέρωνα. αὖθις δὲ Γάλβαν [n] ἀκούσας αὐτοκράτορα, πρὶν ὅτι τι πρὸς τὸν πόλεμον κατεργάσαιτο, οὐκ ἐπεχείρει. πέμπει δὲ πρὸς αὐτὸν [o] τ υἱὸν Τίτον, [p] ἀσπασόμενον καὶ πευσόμενον τὰς περὶ Ιουδαίων ἐντολάς. [q] τ αὐτῆς δὲ αἰτίας ἅμα Τίτῳ καὶ Αγρίππας ὁ βασιλεὺς πρὸς Γάλβαν ἔπλει, καὶ [r] διὰ τ Αχαΐας, χειμῶνος ἤδη ὄντος ὥρα, μακραῖς ναυσὶ [s] πλεούσας, φθάνει Γάλβας ἀναιρεθείς, μῆνας ἑπτὰ καὶ ἴσας ἡμέρας. [t] ἐξ ὧν τ ἡγεμονίαν παρέλαβεν Οθων, ἀνειποιήσατο τῶν πραγμάτων. ὁ μὲν δὴ Αγρίππας εἰς τ Ρώμην [v] ἀφικνεῖσθαι λέγων, μηδὲν ὀρρωδήσας πρὸς τ μεταβολήν. Τίτος δὲ χτ\ δαιμόνιον ὁρμὴν ἀπὸ τ Ελλάδος εἰς τ Συρίαν ἔπλει, καὶ χτ\ τάχος εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται πρὸς τ πατέρα. καὶ οἱ μὲν μέλεσοι πεῖ τ ὅλων ὄντες, ὡς ἂν σαλευομένης τ Ρωμαίων ἡγεμονίας, ὑποφερόμενοι τ ἐπὶ Ιουδαίους [x] στρατείαν, καὶ, ἀφ' τ πεῖ τ πατρίδος φόβον, τ ὅπῃ τὺς ἀλλοφύλυς ὁρμὴν ἄωρον ἐνόμιζον.

γ'. [y] Επανίστα δὲ ἄλλος τοῖς Ιεροσολύμοις πόλεμος. [z] υἱὸς ἦν Γιώρα, Σίμων τὶς Γερασηνὸς τὸ γένος, νεανίας, πανουργίᾳ μὲν ἠτιμωμένος Ιωάννυ [a] προκαλέχοντος ἤδη τ πόλιν, ἀλκῇ δὲ σώματος, καὶ τόλμῃ ἀφαφέρων, δι' ἣν καὶ ὑπὸ Ανάνυ τ ἀρχιερέως φυγαδευθεὶς ἐξ ἧς [b] εἶχε τοπαρχίας [c] Ακραβαληνῆς, πρὸς τὺς καλιληφότας τ [d] Μασάδαν λῃστὰς ὠδυγίνετο. τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἦν αὐτοῖς δι' ὑποψίας, εἰς τὸ καλωτέρω γῆν φρούριον ἐπέτρεψαν αὐτῷ παρελθεῖν ἅμα ταῖς γυναιξὶν, ἃς [e] ἄγων ἦκεν, αὐτοὶ τὸ ὑψηλότερον οἰκοῦντες. αὖθις δὲ ἀφ' συγγένειαν ἠθῶν, καὶ ὅτι πιστὸς ἐδόκει, [f] συμπροενόμευε γῆν αὐτοῖς ἐξιών, καὶ συνεπόρθει τὰ πεῖ τ Μασάδαν· ὑ μὲν ὅπῃ τὰ μείζω πιθανολογῶν [g] ἔπειθεν οἱ μὲν γὰρ [h] ἐν ἕδρᾳ ὄντες τ φρουρίῳ, καθάπερ φωλεᾷ χωρίῳ μακρὰν ἐδεδοίκεσαν· ὁ δὲ τυραννικῶν, καὶ μεγάλων ἐφιέμενος, ἐπειδὴ καὶ τ Ανάνυ τελευτὴν ἤκουσε

dio foro Romano ex insidiis fuerit occisus, & Otho declaratus imperator, qui & expeditionem fecit contra Vitellii duces & sublatus est; dein ut turbæ excitatæ fuerint contra Vitellium, & pugna in Capitolio commissa; & quemadmodum Antonius Primus & Mucianus, cum Vitellium interfeciſſent & Germanicas legiones, bellum civile compresserint: ista *inquam* omnia accurate quidem narrare recusavi, quod omnibus molesta sint, & à multis Græcorum pariter ac Romanorum perscripta fuerint. ordinis autem rerum continuandi gratia, ac ne intercisa foret historia, summatim singula indicavi. Vespasianus igitur primo quidem expeditionem in Hierosolyma differebat, exspectans cuinam post Neronem obtingeret imperare. Deinde ubi Galbam imperatorem factum esse audivit, nihil contra Judæos aggrediebatur, priusquam & ille aliquid de bello in mandatis daret. Mittit autem ad eum Titum filium suum, & salutatum, & ut mandata de Judæis acciperet. Eandem etiam ob causam una cum Tito rex etiam Agrippa ad Galbam navigabat. Dumque Achajam (hyems quippe erat) longis navibus prætervehuntur, interfici Galbam contigit, post septem menses totidemque dies quam imperasset: unde proxime imperium suscepit Otho, rerum administrationem sibimet vendicans. Et Agrippa quidem, *rerum* mutatione nihil deterritus, Romam pergere statuit. Titus vero divino impulsu à Græcia in Syriam navibus trajiciebat, & celeritate adhibita Cæsaream pervenit ad patrem. Et illi quidem, rerum exspectatione suspensi, quasi fluctuante Romano imperio, insuper habebant militiam obire contra Judæos, metuque de patria soliciti impetum facere in alienigenas haud opportunum ducebant.

Titus ad Galbam missus.

Titus, audita Galbæ morte, & Othonem ei successisse, ad patrem revertitur.

Expeditio contra Hierosolyma differtur.

3. Aliud autem Hierosolymis erumpit bellum. Erat quidam Simon Gioræ filius genere Gerasenus, juvenis, astutia quidem inferior Joanne qui in urbe dominatum habebat, corporis autem viribus & audacia præstantior, ob quam ex Acrabatena toparchia, quam tenebat, pulsus ab Anano pontifice, ad latrones se recipit qui Masadam occupaverant. Et primo quidem suspectus erat illis, adeo ut ei in inferius *duntaxat* castellum, cum mulieribus quas secum adduxerat, transire permiserint, dum ipsi superiora incolerent. rursus autem propter morum conjunctionem, quodque fidus esse videretur, etiam cum illis populatum exibat; simulque vastabat quæcunque circa Masadam erant; non tamen eis, dum ad majora incitaret, persuadebat. nam isti quidem castello assueti, longius ab eo, tanquam latibulo discedere metuebant: ille vero, dominatum affectans magnorumque appetens, postquam & Ananum obiisse audiverat, inde

VII. *Simon Gerasenus, alter calamitatum machinator.*

movet

---

f Απεδείχθη] Απεδείχθη δὲ *Big.*
g Στρατιὰν] στρατείαν *L. B.*
h Επὶ τὺς] Absunt a *Rost.*
i Ουϊτελλίυ] Οὐϊτελλίυ *Voss.* & *Vat.*
k Επειδὴ δι' ὅχλυ πᾶσίν ἐστι,] Conf. supr. lib. 2. c. 13. §. 1. SPANH.
l Επεσημηνάμην.] Επισημαίνομαι *Big.*
m Στρατείαν,] Στρατιὰν *Voss.* Forsan τὴν κατὰ τ Ιεροσολύμων στρατιάν.
n Ακούσας αὐτοκράτορα,] ἀκ. μὲν Νέρωνα αὐτ. *Rost.*
o Τὸν υἱὸν Τίτον,] Præfigebatur Ϲ, quod ex auctoritate *L. B.* sustuli HAV.
p Ασπασόμενον] Ασπασόμενον τι Ϲ λ. *Big.* & *Voss.*
q Τῆς αὐτῆς δὲ αἰτίας] Διὰ ἣν τὰς αὐτὰς αἰτίας *Big.*
r Διὰ τ Αχαΐας,] Διὰ τ Αχαΐας αὐτῶν, χειμ. *Big.*
s Πλεούσας,] Περιπλέονται *Big. Voss.* & *Vat.* περιπλέοντας *Rost.* Forsan παραπλεόντων, ut legisse videtur *Rus.*
t Ἐξ ὧν τ ἡγεμονίαν παρέλαβεν Οθων,] Aliquid excidisse suspicor. nam in *Rufini* versione, *Deinde Otho suscepit imperium, ac tres menses vemp. gubernavit.* Die imperii XC. interfectum *Dio*, XCV. funeratum fuisse scribit *Suetonius.* Valde confusa esse tempora & initia trium imperatorum, Galbæ, & Othonis, & Vitellii, notat *Jos. Scaliger*, nisi adhibeatur temperamentum quod præcepit *Xiphilinus* ex *Dione*, ut scilicet unum annum & XXXII. dies illis tribus conjunctim assignemus, quia alius alii non successit, sed duo simul eodem tempore imperii insessores fuerant.
v Αφικνεῖσθαι λέγων,] Αφικνεῖσθαι *Big.*
x Στρατείαν,] Στρατηγίαν *Voss.* & *Rost.*
y Επανίστασθαι δὲ ἄλλος] Επανίσταλο *Voss.* & *Paris.*
z Υἱὸς ἦν Γιώρα, Σίμων τὶς Γερασηνὸς] Conf. supr. lib. 2. c. 22. §. 2. lib. 7. c. 8. §. 1. SPANH.
a Προκαλέχοντος] Τῷ προκαλέχοντι *Big. Voss.* & *Bod.* προκαλεχόντων *Gen.*
b Εἶχε τοπαρχίας] Ηρχε *Voss.*
c Ακραβαληνῆς,] Ακραιβαλανῆς in *Editis.* Ακραιβατλωῆς *Big.* Ακραβαλινῆς *Rost.* Ακραιβατλωῆς *Vat.* Conf. Antt. lib. 12. c. 8. §. 1. SPANH.
d Μασάδαν] *Al.* Μασάδα.
e Ἄγων] ἴσχυν *Rost.*
f Συμπροενόμευσε] Conf. supr. lib. 3. c. 8. §. 4. SPANH.
g Επειθεν.] Metuebat, dominandi enim &c. *Gelen.* persuadebat, illi enim assueti in Castello, tanquam è latibulo prodire longius metuebant; ipse autem dominandi cupidus &c. SPANH.
h Ἐν ἕδρᾳ ὄντες τῷ φρουρίῳ,] Εἰζοντες *Big.*
i Φωλεᾷ] Forsan φωλεῷ.

Ad montana se confert.

movet in loca montana, ac voce præconum servis libertate promissa, itemque liberis præmio, improbos, quos undique poterat, congregabat.

Ibi omnia diripit vastatque.

4. Cum autem jam validas conflasset copias, regionis montanæ vicos incursibus vastabat; quotidieque pluribus sese ei adjungentibus, audebat etiam in planitiem descendere. ac postquam jam factus est civitatibus terribilis, multi ex optimatibus ejus potentia solicitati & prosperis rerum successibus, ad eum malo suo se conferebant: adeoque non amplius servorum tantum aut latronum exercitus erat, sed multorum de populo ei tanquam regi obedientium. Excursiones autem faciebat in Acrabatenam toparchiam & in majorem usque Idumæam. Nam ad vicum quendam, cui nomen Nain, cum murum exstruxisset, pro castello in sui securitatem habebat. In valle autem nuncupata Pharan, cum multas quidem laxiores fecisset speluncas, multas vero paratas invenisset, in illis thesauros suos recondebat prædasque recipiebat. quin & direptos illic fructus reponebat, multique è cohortibus suis vitam in illis agebant: minimeque dubitabatur quin copias suas præexerceret & apparatus faceret ut Hierosolyma aggrederetur.

Cum Zelotis pugnam committit Simon.

5. Unde * insidias ejus veriti Zelotæ, & prævenire eum qui contra se *viribus* crescebat cupientes, plerique armati egrediuntur. His autem Simon occurrit, commissoque prælio multos quidem illorum occidit, reliquos vero in urbem compellit. At nondum viribus fidens, à murorum oppugnatione deterrebatur: atque antequam id faceret Idumæam subjugare cogitabat. Itaque cum viginti armatorum millibus ad fines ejus properabat. Idumæorum autem principes, pugnacissimis ad viginti quinque millia magna celeritate è regione congregatis, reliquis vero ut sua tuerentur relictis, propter sicariorum in Masadam excursiones, Simonem ad fines suos excipiebant. ubi eo illis congresso, cum per totum diem pugnatum esset, dubium erat utrum victor an victus discesserit. Et ille quidem in Nain, Idumæi vero domum regressi sunt. Non multo autem post Simon cum majoribus copiis in eorum regionem iterum irrupit: castrisque in quodam vico, cui nomen Thecoë, positis, ad custodes Herodis, quod non longe aberat, Eleazarum suorum quendam sociorum misit, ut munimentum traderent persuasurum. Hunc sine mora suscepere custodes, causæ nescii cur venisset. Cum autem de traditione loquutus esset, strictis gladiis eum persequebantur: donec fugæ locum non reperiens, de muro in vallem subjectam se projecit. Et ille quidem statim moritur, Idumæis autem Simonis vires formidantibus placuit, priusquam acie congrederentur, explorare hostium copias.

Dubia victoria.

Eleazari Simonis socii mors.

Jacobus Idumæus pa-

6. Ad hoc autem se ministrum alacriter offere-

σεν, εἰς τ᾽ ὀρεινὴν ἀφίστα], καὶ προκηρύξας δούλοις μὲν ἐλευθερίαν, γέρας δὲ ἐλευθέροις, τοὺς πανταχόθεν πονηροὺς συνήθροιζεν.

δ'. Ως δ' ἦν αὐτῷ καιρὸν ἤδη τὸ σύνταγμα, τὰς ἀνὰ τ᾽ ὀρεινὴν κώμας καὶ ἐτρεχεν· ἀεὶ δὲ πλειόνων [k] προσγινομένων, ἐθάρρει καὶ βαίνειν [l] εἰς τὰ χθαμαλώτερα. καὶ πεδὴ πόλεσιν [m] ἤδη φοβερὸς ἦν, πολλοὶ πρὸς τ᾽ ἰσχὺν καὶ τ᾽ εὐροιαν τ᾽ κατορθωμάτων [n] ἐφθείροντο δυναστοί. καὶ οὐκ ἔτι ἦν δῄλων μόνον, οὐδὲ ληστῶν στρατὸς, ἀλλὰ καὶ δημοτικῶν οὐκ ὀλίγων, ὡς πρὸς βασιλέα [o] πειθαρχία. κατέτρεχε δὲ τ᾽ [p] Ακραβατηνὴν τοπαρχίαν, καὶ τὰ μέχρι τ᾽ μεγάλης Ιδουμαίας. κτ' κώμιόν τινα καλούμενον [q] Ναϊν τεῖχος καθασκευάσας, ὥσπερ φρουρίῳ πρὸς ἀσφάλειαν ἐχρῆτο. κτ' δὲ τὴν Φαρὰν προσαγορευομένην, [r] Φάραγγα, πολλὰ μὲν [s] ἀνευρύνας σπήλαια, πολλὰ δὲ [t] εὑρὼν ἕτοιμα, ταμιείοις ἐχρῆτο θησαυρῶν καὶ [u] λείας [v] ἐνδοχείοις. ἀνετίθει δὲ καὶ τοὺς ἁρπαζομένους εἰς αὐτὰ καρποὺς, οἵ τε πολλοὶ τ᾽ λόχων διαιταν εἶχον ἐν ἐκείνοις· δῆλος δὲ ἦν το, τε σύνταγμα προγυμνάζων καὶ τὰς θυσκευὰς κτ' τῶν Ιεροσολύμων.

ε'. Οθεν οἱ ζηλωταὶ, δείσαντες αὐτῶ τ᾽ ὁπλιτείαν, καὶ προλαβεῖν βουλόμενοι τ᾽ καθ' αὐτοὺς [x] τρεφόμενον, ἐξιᾶσι μὴ τ᾽ ὅπλων οἱ πλείους· ὑπαντιάζει δὲ Σίμων, καὶ συμβαλὼν μάχῃ [y] αὐτοὺς ἀναιρεῖ, συνελαύνει δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τ᾽ πόλιν. [z] ὅπου δὲ θαρροῦν τῇ δυνάμει, [a] τῷ μὲν τοῖς τείχεσι προσβαλεῖν [b] ἀπείρατη· χειρώσασθαι δὲ πρότερον τ᾽ Ιδουμαίαν [c] ἐπεβάλλετο. καὶ δὴ διςμυρίους ἔχων ὁπλίτας, ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς ὅρους αὐτῆς. οἱ δὲ ἄρχοντες [d] τ᾽ Ιδουμαίων κτ' τάχος ἀθροίσαντες ἐκ τ᾽ χώρας τὸ μαχιμώτατον, ὡς ἐπὶ πεντακισχιλίοις καὶ διςμυρίοις, [e] τοὺς δὲ λοιποὺς ἐάσαντες φρουρεῖν τὰ σφέτερα, ἦλθ' τὰς τ᾽ ἐν Μασάδᾳ [f] σικαρίων καταδρομὰς, ἐδέχοντο τ᾽ Σίμωνα πρὸς τοῖς ὅροις. ἔνθα συμβαλὼν αὐτοῖς, καὶ δι' ὅλης πολεμήσας ἡμέρας, ὅτε νενικηκὼς ὅτε νενικημένος διεκρίθη. καὶ ὁ μὲν εἰς τ᾽ Ναϊν, οἱ δὲ Ιδουμαῖοι διελύθησαν ἐπ' οἴκου. καὶ μετ' ὀλὺ Σίμων μείζονι δυνάμει πάλιν εἰς τ᾽ χώραν αὐτῶν ὥρμησε· στρατοπεδευσάμενος δὲ καθά τινα κώμην, ἣ [g] Θεκωὲ καλεῖται, πρὸς τοὺς ἐν [h] Ηρωδίου φρουροὺς, ὅσοι ἦν πλησίον, Ελεάζαρόν τινα τ᾽ ἑταίρων ἔπεμψε, [i] πείσοντα παραδοῦναι τὸ ἔρυμα. τοῦτον οἱ φύλακες ἑτοίμως [k] ἐδέξαντο, τ᾽ αἰτίαν ἀγνοοῦντες δι' ἣν ἦκοι, φθεγξάμενον ὃ δεῖ παραδόσεως ἐδίωκον σπασάμενοι τὰ ξίφη, μέχρι φυγῆς τόπον οὐκ ἔχων ἔρριψεν ἀπὸ τ᾽ τείχους ἑαυτὸν εἰς τ᾽ ὑποκειμένην Φάραγγα. καὶ ὁ μὲν αὐτίκα τελευτᾷ· τοῖς δὲ Ιδουμαίοις, ἤδη καταῤῥωσθεῖσι [l] τ᾽ ἰσχὺν τ᾽ Σίμωνος, ἔδοξε πρὸ τ᾽ συμβαλεῖν κατασκέψασθαι τ᾽ [m] παρασκευὴν τ᾽ πολεμίων.

ς'. Εἰς τοῦτο δὲ ὑπηρέτην ἑαυτὸν ἑτοίμως ἐπεδίδου

[m] Ιά-

---

k Προσγινομένων,] Προσγινομένων αὐτῷ πλειόνων *Voss.*

l Εἰς τὰ χθαμαλώτερα.] Επὶ τὰ *Big.*

m Ηδη] Abest *Rost.*

n Εφθείροντο δυνατοί.] Simplex φθείρομαι passim apud *Aristophanem* pro *ire, abire, venire cum pernicie.* Videsis *Lamb. Bosii Animadv.* ad *Scriptores Gr.* p. 96.

o Πειθαρχία.] Πειθαρχόντων *Voss. Rost.* & *Bod.*

p Ακραβατηνὴν] Ακραβάτην *Rost.*

q Ναϊν] Persuasum habeo legendum esse Αἰν, ex *Eusebio* de *Locis Hebr.* ubi eam esse dicit, ἀπὸ β. σημείων τ᾽ Τιβεριάδος, Χεσρὼν ὃ ἀπὸ τεσσάρων. in melioribus *Rufini Codd.* habemus *Aiam*, aut *Aim.* Conf. supr. lib. 2. c. 12. §. 3. SPANH.

r Φάραγγα,] Φάρσαι *Big.*

s Ανευρύνας σπήλαια,] Εὐρύνας *Big.*

t Εὑρὼν] αὐτῶν.

u Ενδοχείοις] Confer supra lib. 1. c. 15. §. 1. τ᾽ ὑπὸ ἐνδοχείων ὑδάτων ἀναπλησθέντων &c. SPANH.

x Τρεφόμενον,] Στρεφόμενον *Big.*

y Αὐτῶν] αὐτοὺς *Rost.*

z Οὕτω ὃ θαῤῥῶν τῇ δυνάμει,] Οὕτω *Big.* & *Paris.*

a Τῷ μὲν] τότε μὲν *Rost.*

b Απείρατη] Ανείρατη *Big.* & *Paris.*

c Επεβάλλετο.] ἐπεβάλετο *L. B.* & *Paris.*

d Τῶν Ιδουμαίων] Ita *Big.* nec aliter legisse videtur *Ruf.* τῆς Ιδουμαίας in *ceteris.*

e Τοὺς δὲ λοιποὺς] Τοὺς ὃ πολλοὺς quibusdam in *MSS.* Τοὺς ὃ πολλοὺς *MS. Lips.* & *Rufin.* SPANH.

f Σικαρίων] Conf. Antt. lib. 20. c. 7. §. 10. & supr. lib. 2. c. 17. §. 6. SPANH.

g Θεκωὲ] Ita *Big. Paris.* & *Vat.* Θωκεὲ *Rost.* Θεκωὲ in *Editis Aliisque.* Conf. de Vita §. 75. SPANH.

h Ηρωδίου φρουροὺς,] *Al.* Ηρωδείου.

i Πείσοντα παραδοῦναι τὸ ἔρυμα.] Πείσαντα *Big.*

k Εδέξαντο,] Ειδέχοντο *Big.*

l Τὴν ἰσχὺν τ᾽ Σίμωνος,] Τὴν ἰσχὺν *Big.*

* Sic & *Rufinus* vertit. Verum suspicor ἐπιβολὴν fuisse à *Josephi* manu.

m Ιά-

[m] Ἰάκωβον, εἷς τῶν ἡγεμόνων, προδοσίαν ἐνθυμούμενον. ὁρμήσας γῆν ἀπὸ τῆς [n] Ἀλούρου· ἔνθα γὰρ [o] ταύτῃ συνήθροιστο τὸ κώμῃ τότε τῶν Ἰδουμαίων τὸ στράτευμα· προσγίνεται πρὸς Σίμωνα, καὶ [p] πρῶτον αὐτῷ [q] παραδώσειν [r] σωτίθεται τὴν αὑτοῦ πατρίδα, λαβὼν ὅρκους, ὡς ἀεὶ τίμιον ὢν [s] διατελοίη, συνεργήσειν τ' ὑπέσχετο, καὶ περὶ τῆς ὅλης Ἰδουμαίας. ἐφ' οἷς ἑστιαθεὶς φιλοφρόνως ὑπὸ τοῦ Σίμωνος, καὶ λαμπρῶς ἐπαρθεὶς ὑποσχέσεσιν, ἐπειδὴ πρὸς εἰς τοὺς οἰκείους ὑπέστρεψεν, τὸ μὲν πρῶτον πολλαπλασίονα τὴν στρατιὰν τοῦ Σίμωνος ἐψεύδετο· ἔπειτα δεξιούμενος τούς τε ἡγεμόνας, καὶ [t] καθ' ὀλίγους πάντα τὸ πλῆθος, ἔπειθεν ὥστε δέχεσθαι τὸν Σίμωνα, καὶ παραδοῦναι δίχα μάχης αὐτῷ τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν. ἅμα δὲ ταῦτα [u] διαπραττόμενος, καὶ Σίμωνα δι' ἀγγέλων [v] κατάγειν, σκεδάσειν ὑπισχνούμενος τοὺς Ἰδουμαίους. ὁ δὴ παρέσχεν. ὡς γὰρ ἦν ἤδη πλησίον ἡ στρατιά, πρῶτος ἀναπηδήσας [w] ἐπὶ τὸν ἵππον, μετὰ τῶν συνδιεφθαρμένων [x] ἔφευγε. πολλοὶ δὲ ἐμπίπτουσι πανικῷ τῷ πλήθει, καὶ πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν λυθέντες ἐκ τῆς τάξεως, ἀνεχώρουν ἕκαστοι [y] πρὸς τὰ ἴδια.

ζ'. Σίμων δὲ παρὰ δόξαν εἰς τὴν Ἰδουμαίαν εἰσήλασεν ἀναιμωτί, καὶ προσβαλὼν ἀδοκήτως [z] πρῶτον αἱρεῖ τὴν [a] πόλιν Χεβρῶν, ἐν ᾗ πλείστης ἐκράτησε λείας, πάμπολυν δὲ διήρπασε καρπόν· ὡς δὲ φασὶν οἱ ἐπιχώριοι [b] τὴν Χεβρὼν, οὐ μόνον τῆσδε πόλεων, ἀλλὰ καὶ [c] τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Μέμφεως ἀρχαιοτέραν, διοχίλια γῆν αὐτῇ καὶ [d] τριακόσια ἔτη [e] συνηριθμηκότες. [e] μυθεύουσι δὲ αὐτὴν καὶ οἰκητήριον Ἀβράμου τοῦ Ἰουδαίων προγόνου γεγονέναι, μετὰ τὴν ἐκ τῆς Μεσοποταμίας ἀπανάστασιν, τούς τε παῖδας [f] αὐτοῦ λέγουσι καταβῆναι εἰς Αἴγυπτον ἔνθεν· ὧν καὶ τὰ μνημεῖα [g] μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇδε τῇ πολίχνῃ δείκνυται, πάνυ καλῇς μαρμάρου καὶ φιλοτίμως εἰργασμένα. δείκνυται δὲ ἀπὸ σταδίων ἓξ τοῦ ἄστεως [h] Τερέβινθος μεγίστη, καὶ φασὶ τὸ δένδρον ἀπὸ [i] τῆς κτίσεως μέχρι νῦν διαμένειν. ἔνθεν ὁ Σίμων διαπορευόμενος ἐχώρει τὴν Ἰδουμαίας, οὐ μόνον πόλεις καὶ κώμας πορθῶν, [k] ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν λυμαινόμενος. δίχα γὰρ τῶν ὁπλιτῶν, τέσσαρες αὐτῷ συνείποντο μυριάδες. ὡς μηδὲν τῶν ἐπιτηδείων ἐξαρκούντων πρὸς τὸ πλῆθος. προσῆν δὲ ταῖς χρείαις ὠμότης τε αὐτοῦ, καὶ [l] πρὸς τὸ γένος ὀργή· [m] δι' ἃ μᾶλλον ἐξερημοῦσθαι συνέβαινε τὴν Ἰδουμαίαν. καθάπερ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκρίδων καλόπιν ὕλην ἐστὶν ἰδεῖν ἐψιλωμένην πᾶσαν, οὕτω τὸ κατόπιν τοῦ Σίμωνος στρατιᾶς ἐρημία καταλειπέτο. καὶ τὰ μὲν [n] ἐμπιπράντες, τὰ δὲ καταστρέφοντες, πᾶν δὲ τὸ φυτικὸς ἀνὰ τὴν χώραν ἢ συμπατοῦντες ἠφάνιζον ἢ νεμόμενοι, καὶ τὸ σπόριμον ὑπὸ τῆς πορείας σκληροτέραν ἐποίουν τῆς ἀκάρπου. καθόλου τε εἰπεῖν,

bat Jacobus, unus è principibus *Idumæorum*, de proditione cogitans. Itaque ab Aluro profectus (in hoc quippe vico coiverat Idumæorum exercitus) ad Simonem venit; primumque se patriam suam ei proditurum esse paciscitur, fide jurejurando accepta, quod semper in honore haberetur; operamque suam de tota Idumæa *in potestatem ejus redigenda* daturum pollicebatur. Quas ob res humaniter à Simone convivio exceptus, splendidisque elatus promissis, ubi ad suos rediit, primo Simonis exercitum multo majorem esse, *quam revera erat*, mentiebatur: deinde & principes benigne alloquens & universam *fere* multitudinem seorsim, ut Simonem exciperent suadebat, eique sine pugna rerum summam permitterent. Simul autem hoc agens, etiam Simonem ipsum per nuncios accersebat, Idumæos se dissipaturum promittens. quod & præstitit. Nam cum jam appropinquaret exercitus, equum primus inscendit, & cum iis quos corruperat fugam capessebat. Multitudinem autem omnem occupat pavor, & priusquam manus consererent, domum quisque suam ordinibus solutis discesserunt. *tria proditor.*

7. Simon vero præter opinionem sine sanguine intravit Idumæam, factaque ex improviso impressione, primo capit urbem Chebronem, in qua maxima præda potitus est, multosque fructus diripuit: Chebron autem indigenæ ferunt, non ejus terræ modo civitatibus, sed & Memphi in Ægypto antiquiorem; quippe anni ejus ad duo millia & trecentos computantur. Narrant etiam in ea habitasse Abramum Judæorum progenitorem, postquam è Mesopotamia migravit, ejusque liberos hinc in Ægyptum descendisse; quorum monumenta etiam nunc cernuntur in hac ipsa urbecula, pulcherrimo exstructa marmore & opere elegantissimo. Cernitur etiam sexto ab urbe stadio Terebinthus maxima, dicuntque arborem à creatione mundi usque hæc tempora permanere. inde *progrediens* Simon totam pervadebat Idumæam; non solum urbes & vicos depopulans, sed & omnem regionem vastans. nam præter gravis armaturæ milites, quadraginta eum millia sequebantur, ut multitudini haud suppeterent necessaria. Ad hanc autem rerum inopiam accedebat ejus crudelitas, & in nationem excandescentia: unde contigit Idumæam eò magis ad vastitatem redigi. Et quemadmodum post locustas cernere est silvas frondibus nudatas, sic etiam quà Simonis transisset exercitus, à tergo solitudinem relinquebat: & alia quidem comburendo, alia vero diruendo, & quicquid in regione è terra provenerit calcibus conterendo delebant aut depascendo; perque terram cultam incedendo faciebant eam sterili duriorem. verboque expedire, ne signum qui- *Simon occupat Idumæam.* *De Chebrone.* *De Terebintho.* *Simon misere vastat Idumæam.*

[m] Ἰάκωβον, εἷς τῶν ἡγεμόνων,] Conf. supr. lib. 4. c. 4. §. 2. SPANH.

[n] Ἀλούρου] Ita *Big.* & *Ruf.* Ὀλούρου in *Editis Aliisque.* Ἀλούρου *Gall.* & *Coisl.*

[o] Ταύτῃ] ταῦτα *Rost.*

[p] Πρῶτον αὐτῷ] Πρώτῳ in *Editis.*

[q] Παραδώσειν] Παράδοσιν *Big.* & *Gall.*

[r] Σωτίθεται] συνίθενται L. B.

[s] Διαμείνοι,] Διατελεῖ *Big.* Διατελέσει *Voss. Gall.* & *Vat.*

[t] Καθ' ὀλίγους,] Κατ' ὀλίγον *Big.* & *Coisl.*

[u] Διαπραττόμενος.] Διαφεύγει *Big.*

[v] Κατάγειν.] Διάφευγε *Big.*

[x] Πρὸς] εἰς *Rost.*

[y] Πρῶτον αἱρεῖ] Ita *Big.* & *Ruf.* πρώτῳ in *Editis Aliisque.*

[z] Πόλιν Χεβρῶν,] Πολίχνην *Big.*

[a] Τὴν Χεβρῶν, ——ἀλλὰ καὶ] Conf. supr. lib. Antt. 1. c. 8. §. 3. ἐν τῇ Νεβρὼν πολλ &c. *Edit. Oxon.* καβρὼν Νεβρὼν ibid. Edit. *Basil.* & *Gelen.* Conf. infr. §. 9. SPANH.

[b] Τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Μέμφεως ἀρχαιοτέραν,] Libro primo Antiquitatum pag. 23. πρὸ Τάνιδος τῆς Αἰγύπτου conditam esse scribit.

[c] Τριακόσια] Τριάκοντα in aliquot *MSS.* ut *Lipsi.* & *Par.*

[d] Συνηριθμηκότες.] Συναριθμοῦνται *Big.*

[e] Μυθεύουσι] Conf. supr. c. 8. §. 4. SPANH.

[f] Αὐτοῦ λέγουσι καταβῆναι——ἔνθεν] Αὐτῶ λέγουσι καλῶ. *Big. Bod. Voss.* & *Vat.* HUDS. *Lipsi.* etiam & *quinque Paris.* quare λέγουσι quod in *Editis* omnibus deest à Josepho profectum videtur. HAV.

[g] Μέχρι τοῦ νῦν] Μέχρι νῦν *Big.*

[h] Τερέβινθος μεγίστη,] Mirum est, cum quercus ibidem fuerit, sub qua Abraham tabernaculum posuerat, ut legitur in cap. 8. *Geneseos*, cur locus ipse à *Terebintho* potius quam à *Quercus* nomen acceperit. Vide *H. Valesium* in Annott. ad *Eusebium* de *Vita Constantini*, c. 53. & confer *Cellarium* in *Geogr. Ant.* l. 3. c. 13. p. 346. & *Relandum* in *Palæst. S.* p. 709. &c. Vid. Theophr. H. Pl. lib. III. c. XV. p. 63. circa Damascum Syriæ magna copiosa & decora Terebinthus, monsque ibi Terebinthis refertus. SPANH.

[i] Τῆς κτίσεως] Sic Josephus; sed Alexandrini γένεσιν dicunt: unde nomen libro Geneseos in versione Alexandrina. REL.

[k] Ἀλλὰ καὶ τὴν χώραν ἅπασαν λυμαινόμενος.] Λυμαινόμενος δὲ καὶ τὴν χώραν *Gall. Big. Vat. Rost. Paris.* & *Voss.*

[l] Πρὸς τὸ γένος ὀργή] Et contra gentem Idumæorum insuper iracundia SPANH.

[m] Δι' ἃ μᾶλλον ἐξερημοῦσθαι] Δι' ὃ μᾶλλον *Big.*

[n] Ἐμπιπράντες,] ἐμπιμπράντες L. B. ἐμπιτράντες *Paris.*

quidem ullum ſupererat in vaſtatis, quod aliquando culta fuerint.

Zelota Simonis uxorem rapiunt.

8. Iſta iterum Zelotis ſtimulos admovebant, & palam quidem adverſa acie congredi formidarunt: inſidiis vero in viarum anguſtiis præſtructis, Simonis uxorem rapiunt, multoſque qui ei obſequium præſtabant. Deinde quaſi ipſum Simonem captum tenerent, in civitatem lætabundi redierunt, & continuo exſpectabant, armis eum depoſitis, pro uxore ſibi ſupplicaturum. Illius autem animum non ſubit miſericordia, ſed ira ob *conjugem* raptam: cumque ad muros Hieroſolymitanos veniſſet, ferarum ſauciarum ad inſtar ob percuſſores elapſos furentium, in obvios quoſque animi atrocitatem effundebat. Quotquot igitur ad olera aut ſarmenta colligenda pedes portis efferrent, inermes *ſcilicet* ſeneſque, * correptos cruciabat, & ex vehementi indignatione occidebat, ut tantum non mortuorum cadaveribus deguſtandis parceret. Quin & multos abſciſſis manibus in urbem mittebat, eo animo ut ſimul terrorem inimicis incuteret, & ut populum in ſeditionem, contra eos qui in culpa erant, concitaret. Illis quippe in mandatis dederat ut dicerent, Simonem jurare per Deum, qui omnibus præeſt, fore, niſi cito ipſi conjugem redderent, ut perruptis muris ſimili pœna afficeret quotquot intra urbem eſſent, nemini cujuſcunque ætatis parcens, nec quidquam diſcriminis inter inſontes ſonteſque faciens. † Ad iſta non modo populus ſed & Zelotæ metu perculſi uxorem ei ‡ remittunt. quo facto ad lenitatem quidem aliquantulum mitigatus, à continua cæde requievit.

Inde furit Simon.

Zelotis minatur.

Simoni uxorem remittunt.

VIII. *Iterum de Galba, Othone & Vitellio.*

9. Verum non ſolum per Judæam erat ſeditio & bellum civile, ſed etiam in Italia. Nam in medio quidem Romanorum foro interemptus erat Galba, Otho autem imperator declaratus adverſus Vitellium imperium affectantem bellum gerebat, hunc enim elegerant legiones Germanicæ, cumque ad manus ventum eſſet cum Valente & Cæcinna Vitellii ducibus apud Bedriacum * Galliæ, primo die Otho ſuperior erat, altero Vitelliani: multaque cæde facta ſemet apud Brixellum interfecit Otho, ſimulac reſcivit ſuorum cladem, duobus tribuſque menſibus rerum potitus: Othonis *etiam* milites Vitellii ducibus ſeſe adjunxerunt; & ipſe cum exercitu Romam deſcendebat. Interea autem & Veſpaſianus quinto die Dæſii menſis Cæſarea movit, contenditque in Judææ loca nondum everſa. Cumque montana aſcendiſſet, duas toparchias capit, unam Gophniticam & alteram Arabatenam vocatam, & poſt has Bethela & Ephraim urbeculas; ibique præſidiis collocatis

Veſpaſianus rurſus impetum facit in Judæam.

ὐδὲ σημεῖόν τι καλελείπελο τοῖς [o] πορθεμθμόις ᾧ γεγονέναι.

ἡ. Ταῦτα πάλιν τὺς ζηλώλὰς ἐπήγειρε, ϗ φανερῶς μὲν ἀντιπαραλάξαλ καλέθεισαν· [p] προλοχίσαντες δὲ ἐν ταῖς παρόδοις ἁρπάζεσι ᾧ Σίμων τ γυναῖκα, ϗ ἣ πρὸς αὐτὴν θεραπείας συχνὺς. ἔπειλα ὡς αὐτὸν ἠχμαλώλισμένοι τ Σίμωνα, γεγηθότες εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεψαν, ϗ ὅσον ἐδέπω προσεδόκων καλαθέμενον τὰ ὅπλα πρὸ ἣ γυναικὸς ἱκελεύσειν. τ δὲ οὐκ ἔλε [q] εἴσεισιν, ἀλλ' ὀργὴ πρὸ ἣ ἡρπασμένης· ϗ πρὸς τὸ τεῖχ τ Ἱεροσολύμων ἐλθὼν, καθάπερ τὰ τρωθέντα τ θηρίων, ἐπειδὴ τὺς τρώσαντάς ἐ καλέλαβεν, ἐφ' ὃς εὗρε τ θυμὸν [r] ἠφίε. ὅσοι γὰρ [s] λαχανείας ἕνεκεν [t] ἢ [v] φρυγανισμῦ προεληλύθεισαν ἔξω πυλῶν, ἀνόπλως ϗ γέρονλας, συλλαμβάνων ἠκίζελο, ϗ διέφθειρε δι' ὑπερβολὴν ἀγανακλήσεως, μονονυχὶ ϗ νεκρῶν γθυόμεν τ σωμάτων. πολλὺς δὲ ϗ χειροκοπήσας, εἰσέπεμπε καλαπλήξαλ τὺς ἐχθρὺς ἅμα, ϗ [x] ἀφαρασιάσαι τ δῆμον ὑπχειρῶν πρὸς τὺς αἰτίυς. [y] ἐνετέλλο ᾗ αὐτοῖς λέγειν, ὅτι Σίμων θεὸν ὄμνυσι [z] τ πάντων ἔφορον, εἰ μὴ θᾶτλον [a] ἀποδώσυσιν αὐτῷ τ γυναῖκα, ῥήξας τὸ τεῖχ, τοιαῦτα [b] διαθήσειν πάντας τὺς ἐν τ πόλιν, μηδεμίας [c] φεισάμθν ἡλικίας, μηδὲ ἀπὸ τ ἀναιτίων ἀφαιρήσας τὺς αἰτίυς. τύτοις ἐ μόνον ὁ δῆμ, ἀλλὰ ϗ οἱ ζηλωλαὶ καλαπλαγέντες, ἀποπέμπυσιν αὐτῷ τ γυναῖκα, ϗ τότε μ [d] ἐκμειλιχθεὶς ὀλίγον, ἀνεπαύσαλο ᾧ συνεχῦς φόνυ.

θ'. Οὐ μόνον δὲ ἐν τ Ἰυδαίαν ᾖν ϗ πόλεμ ἐμφύλι, ἀλλὰ ϗ ἐπὶ ἣ Ἰταλίας. [e] ἀνῃρεῖτο μὲ γὰρ ἐν μέσῃ τ Ρωμαίων ἀγορᾷ Γάλβας, ἀποδεδειγμέν ᾗ αὐτοκράτωρ Οθων, ἐπολέμ Οὐιτελλίῳ βασιλιῶντι· τῦτον γὰρ [f] ἤρητο τὰ ἐν τ Γερμανίαν τάγμαλα. ϗ γενομένης συμβολῆς ἐν τ [g] Βηδριακὸν ἣ Γαλατίας πρὸς τε Οὐάλεντα ϗ [h] Καικίνναν τὺς Οὐιτελλίυ στραληγὺς, τῇ πρώτῃ μ ἡμέρᾳ πρεῖνν Οθων, τῇ δευτέρᾳ ᾗ ᾧ Οὐιτελλίυ στραλιωλικόν· ϗ πολλῶ φόνυ γενομένυ, [i] διεχρήσαλο μὲν Οθων ἑαυλὸν, ἐν [k] Βρεξέλλῳ τ ἥτλαν πυθόμθν, [l] ἡμέρας δύο ϗ τρεῖς μῆνας κρατήσας τ πραγμάτων. προσεχώρησε ᾗ τοῖς Οὐιτελλίυ στραληγοῖς [m] ϗ ᾧ Οθων ἡ στραλιὰ, ϗ καλέβαινεν αὐτὸς εἰς τ Ρώμλν μὲ ἣ δυνάμεως. ἐν δὲ τύτῳ ϗ Οὐεσπασιανὸς, ἀναστὰς ἐκ ἣ Καισαρείας πέμπλῃ Δαισίυ μηνὸς, ὥρμησεν ἐπὶ τὰ μηδέπω καλεστραμμένα τ ἣ Ἰυδαίας χωρίων. ἀναβὰς δὲ εἰς τὴν ὀρεινὴν, αἱρεῖ δύο τοπαρχίας, τήν τε [n] Γοφνιλικὴν ϗ τὴν [o] Ακραβαληνὴν καλυμένην, μεθ' ἃς [p] Βηθηλᾶ τε ϗ Εφραΐμ πολίχνια,

οἷς

o Πορθεμθμόις] πορθεμένοις τύτοις *Roſt.*
p Προλοχίσαντες] προλοχήσαντες *L. B.*
q Εἴσεισιν,] Εἰσῆλθεν *Big.*
r Ηφίει.] Εφίει *Big.*
s Λαχανείας] λαχανίας *L. B.*
t Η] ἢ ϗ *Roſt.*
v Φρυγανισμῦ] *Φρυγανίας Par. optimus.*
x Διαρασιάσαι] Διαρῆσαι *Vat. Roſt. Lipſ. Pariſ.* & *Voſſ.*
y Εντέταλο δὲ αὐτοῖς λέγειν,] Εντέταλ *Big.*
z Τὸν πάντων] τῶν πάντων *Pariſ.*
a Αποδώσυσιν αὐτῷ τὴν γυναῖκα,] Αποδώσωσιν *Vat.*
b Διαθήσειν] Ῥήσειν *Roſt.* & *L. B.*
c Φεισάμθν ἡλικίας,] Ita *Big. Pariſ.* & *Voſſ.* nec aliter abſque illis reſcripſiſſem, quod mox ſequatur *διαρύας.* in *Editis φεισάμενον.*
d Εκμειλιχθεὶς ὀλίγον,] Ita vertit *Ruſinus*, ac ſi diſtinctum eſſet, ἐπιμειλιχθεὶς, ὀλίγον ἀνεπαύσαλο.
e Ανῃρεῖτο μὲ γὰρ] Ita cum *Cod. Big.* ἀνῄρηλο in *ceteris.*
f Ἤρηλο τὰ καθ' Γερμανίαν τάγματα.] Ηρεῖτο *Voſſ.*
g Βηδριακὸν τ Γαλατίας] Ita ſcribendum cenſui auctoritate optimorum *Geographorum.* Φρηγδιακὸν in *Editis Aliiſque.* Φηγδιακὸν *Big.* in *Ruſini* verſione *Bebriacum.* HUD. Vid. *Sueton. in Otho.* c. IX. Bebriacum *al.* Betriacum. *Plutarch.* Βητριακὸν, Vicus inter Veronam & Cremonam SPANH.
h Καικίνναν] Κίνναν *Big. Pariſ.* & *Voſſ.* Κίκιννων *Bod.* & *Ruf.*
i Διεχρήσαλο] διεχειρήσαλο *Roſt.*
k Βρεξέλλῳ] *Al.* Βρεξέλλῃ. & in quibuſdam *Joſephi MSS.* Βριξέλλῳ vel Βρηξέλλῳ.
l Ημέρας δύο] Nonageſimo quinto imperii die, *Sueton.* ad quem videſis *Caſaubonum Alioſque.*
m Καὶ ᾧ Οθων ἡ στραλιὰ,] Iſta ϗ ᾧ Οθων ſupplevi è *Cod. Voſſ. Roſt.* & *Ruſini* verſione.
n Γοφνιλικὴν] Γοφνιτικὴν *Big.* & *Voſſ.* Conf. ſup. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.
o Ακραβαληνὴν] Ita *Voſſ.* Ακραιβαλινὴν in *Editis Aliiſque.* Ακραβετηνὴν *Big.* Vide *Relandum* in *Paleſt. S.*
p Βηθηλᾶ τε ϗ Εφραΐμ πολίχνια,] Βηθηγαὶ *Big.* Βηθλᾶ *Voſſ.* & *Vat.* Multum variatur in hac voce ſcribenda. Vide *Relandum* in *Paleſtina S.* p. 637. HUD. Conf. Ant. Jud. lib. VIII. c. 8. §. 4. SPANH.

* Correptos verberabat ad necem, ut ab animi indignatione id ſolum abeſſe videretur, quod non etiam veſceretur corporibus mortuorum, *Ruf.*

† Ad iſta non modo,] Donec his ejus mandatis non modò *Gelen.* Unde SPANH.

‡ Remittunt.] Remiſiſſent *Gelen.* remiſerunt. SPANH.

* *Sc.* Ciſalpinæ.

οἷς φυρὰς ἐγκαλαστήσας μέχρις Ιεροσολύμων ἱππάζετο. φθορὰ δὲ ἦν πολλῶν καλαλαμβανομένων, καὶ [q] πολλὰς ἠχμαλώτιζετο. [r] Κερεάλιος δὲ αὐτῶν τῶν ἡγεμόνων, μοῖραν ἱππέων καὶ πεζῶν ἀναλαβὼν, τὴν ἄνω καλουμένην Ιδουμαίαν ἐπόρθει, καὶ [s] Καφεθρὰ μὲν ψιλοπολίχνιον ἐξ ἐφόδου λαβὼν ἐμπίπρησιν, ἑτέραν δὲ καλουμένην [t] Καφαραβὶν προσβαλὼν ἐπολιόρκει· πάνυ δὲ ἦν ἰσχυρὸν τὸ τεῖχος· καὶ [v] τρίψεσθαι προσδοκῶντι πολίσματι χρόνον αἰφνιδίως ἀνοίγουσιν οἱ ἔνδον τὰς πύλας, καὶ μεθ' ἱκετηρίων προσελθόντες [x] αὐτὸν παρέδοσαν. Κερεάλιος δὲ τούτους πρῶτον καταστησάμενος, ὅτι [y] Χεβρὼν ἑτέρας πόλεως ἀρχαιοτάτης ἐχώρει. κεῖται δὲ ὡς ἔφην αὕτη κατὰ τὴν ὀρεινὴν, ὑπὲρ πόλιν Ιεροσολύμων· βιασάμενος δὲ τὰς εἰσόδους, τὸ μὲν [z] ἐγκαλαλειφθὲν πλῆθος ἡδονὴν ἀναιρεῖ, τὸ δὲ ἄστυ καλαπίμπρησι καὶ πάντων ἤδη κεχειρωμένων πλὴν [a] Ηρωδίου καὶ Μασάδας καὶ Μαχαιροῦντος· ταῦτα δὲ ὑπὸ τῶν λῃστῶν καλείληπτο· σκοπὸς ἦν ἤδη τὰ Ιεροσόλυμα πρόκειται Ρωμαίοις.

ι'. Ο δὲ Σίμων ὡς ἐρρύσατο πρὸς τῶν ζηλωτῶν τὴν γυναῖκα, πάλιν ὅτι τὰ λείψανα τῆς Ιδουμαίας ὑπέστρεφε· καὶ περιελαύνων πανταχόθεν τὸ ἔθνος, εἰς Ιεροσόλυμα [b] πολλοὺς φεύγειν συνηνάγκασεν. εἵπετο δὲ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ κυκλωσάμενος αὖθις τὸ τεῖχος, ὅν τινα λάβοι τῶν [c] προσιόντων κατὰ τὴν χώραν [d] ἐργατῶν διέφθειρεν. ἦν δὲ τῷ δήμῳ Σίμων μὲν ἔξωθεν Ρωμαίων φοβερώτερος, οἱ ζηλωταὶ δὲ ἔνδον [e] ἑκαλέρων χαλεπώτεροι. καὶ τούτοις ὁπόσα κακῶν καὶ τόλμης [f] τὸ σύνταγμα τῶν Γαλιλαίων [g] διέφθειρε. [h] τόν τε γὰρ Ιωάννην παρῆγον εἰς ἰσχὺν ὅτοι, κἀκεῖνος αὐτοὺς ἐξ ὧν [i] περιεποιήσατο δυνατείας ἠμείβετο, πάντα ὅπερ ἐπέτρεπον δρᾶν, ὧν ἕκαστος ἐπεθύμει. πόθοι δὲ ἦσαν ἁρπαγῆς ἀπλήρωτοι, καὶ τῶν πλησίον οἴκων ἔρευνα, φόνος τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὕβρεις ἐπαίζοντο, μεθ' αἵματος δὲ τὰ [k] συληθέντα καλέπινον, καὶ μὴ ἀδείας ἐνεθλυπάθουν τῷ χορῷ, κόμας [l] συνθετιζόμενοι, καὶ γυναικείας ἐσθῆτας ἀναλαμβάνοντες, καλαλιβόμενοι μύροις, καὶ πρὸς εὐπρέπειαν ὑπογράφοντες ὀφθαλμούς. οὐ μόνον δὲ κόσμον, ἀλλὰ καὶ πάθη γυναικῶν ἐμιμοῦντο, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀσελγείας ἀθεμίτους ἡδονὰς ἐπενόησαν ἐνειλινδοῦντο δὲ [m] ὥσπερ πορνείῳ τῇ πόλει, καὶ πᾶσαν ἀκαθάρτοις ἐμίαναν ἔργοις. γυναικιζόμενοι δὲ τὰς ὄψεις, ἐφόνων ταῖς δεξιαῖς, θρυπτόμενοι δὲ τοῖς βαδίσμασιν ὁπότε ἐξαπίνης ἐγίνοντο πολεμιταί, τότε ξίφη [n] προφέροντες ἀπὸ τῶν [o] βεβαμμένων χλανίδων τὸν προσιόντα διήλαυνον. τοὺς ἀποδιδράσκοντας δὲ Ιωάννην Σίμων φονικώτερος ἐξεδέχετο, καὶ διαφυγών τις τὸν ἐντὸς [p] τοῦ τείχους τύραννον ὑπὸ τοῦ πρὸ πυλῶν διεφθείρετο. πᾶσα δὲ φυγῆς ὁδὸς τοῖς αὐτομολεῖν πρὸς Ρωμαίους βουλομένοις [q] ἀπεκόπτετο.

ια'. [r] Διεστασιάζετο δὲ ἡ πρὸς τὸν Ιωάννην δύναμις, καὶ πᾶν ὅσον ἦν Ιδουμαῖον ἐν αὐτῇ χωρισθὲν ἐπεχείρει

usque Hierosolyma equitabat. Magna autem deprehensorum edita erat strages, multosque captivos agebat. At Cerealis unus ex illius ducibus cum equitum parte & peditum Idumæam quæ dicitur superior vastabat; & Caphethram quidem, quæ urbeculam simulabat, primo impetu captam incendit; alteram vero, nomine Capharabin, adortus obsidebat, (mœnibus autem perquam validis cincta erat) ibique diutius se moraturum exspectanti subito qui intus erant portas aperiunt, cumque supplices accessissent semet tradiderunt. At Cerealis, cum eos in potestatem suam redegisset, Chebronum ibat urbem alteram antiquissimam. Sita autem erat, uti dixi, in montanis, haud procul ab Hierosolymis. Cum autem vi in eam irrupisset, multitudinem illic deprehensam cum puberibus occidit, civitatem vero exurit.. Omnibusque jam occupatis, præter Herodium & Masadam & Machærunta, quæ à latronibus tenebantur, tum propositum erat Romanis Hierosolyma aggredi.

Cereallis montana omnia incursibus vastat.

IX.

10. Simon autem, ubi uxorem *suam* à Zelotis recuperavit, iterum ad reliquias Idumææ reversus est, & undique gentem depopulans, plerosque compulit Hierosolyma se recipere. Quin & ipse eos persequutus est usque ad urbem. ac deinde, cum muro se circumdedisset, quoscunque operariorum ex agris advenientes caperet, *eos* interficiebat. Eratque populo foris quidem Simon Romanis terribilior, intus vero Zelotæ utrisque graviores. * interque hæc malorum excogitatio audaciæ conjuncta Galilæorum exercitum corrupit. Namque Joannem ad potentiam isti provehebant, atque ille eis, pro imperio quod adeptus est, vicissim omnia quæ desiderarent facere permittebat. Insatiabilis autem erat rapinarum cupiditas, domorumque locupletum perscrutatio, atque virorum cædes & feminarum injuriæ pro ludo habebantur, spoliaque cum sanguine devorabant, & † impune muliebria patiebantur ad satietatem, compositos gerentes capillos, & amictum femineum induti, unguentis etiam delibuti, quoque magis placerent oculos fuco & cerussa illinentes. Non solum autem ornatum, verum etiam quæ mulieribus accidunt imitabantur, nimiaque lascivia voluptates illicitas excogitarunt, in urbe autem tanquam in lupanari volutabantur, totamque facinoribus impuris polluebant. Immo feminarum ad instar vultus componentes, dextris cædem patrabant, fractoque gressu incedentes subita incursione bellatores evadebant, gladiisque è conchyliatis chlamydibus eductis obvium quemque transfigebant. Eos autem qui Joannem fugerant excipiebat sævior in cædibus Simon, quique tyrannum intra muros evaserat ab iis qui ante portas erant occidebatur. omnisque fugæ via ad Romanos transire cupientibus erat præclusa.

Simon Hierosolymis se admovet.

Malorum in urbe grassantium descriptio.

11. Seditionem autem contra Joannem movebat exercitus, & omnes in eo Idumæi dissentientes

Dissidium Zelotarum & Idumæorum.

q Πολλὰς] Συχνὰς *Big. Vat. Rost. Lipsi. Paris.* & *Voss.*

r Κερεάλιος] Conf. supr. lib. 3. c. 7. §. 32. SPANH.

s Καφεθρὰ] Ita lego ex *Rufino*, qui vertit, *& Caphetram quidem.* Καφαιεραμὶν *Big.* Καφθεραμὶν *Voss.* καφθεραμὶν *Rost.*

t Καφαραβὶν] Καρέβιν *Vat.* & *Voss.* Καφάρι juxta *Ruf.*

v Τρίψεσθαι] Τρίψασθαι *Big.*

x Αὐτὸν παρέδοσαν.] *Al.* ἑαυτὸν & αὐτούς.

y Χεβρὼν ἑτέρας πόλεως ἀρχαιοτάτης] Conf. supr. §. 7. SPANH.

z Ἐγκαλαλειφθὲν] Ita in *MSS.* ἐγκαλαληφθὲν in *Editis.*

a Ηρωδίου] *Al.* Ηρωδείου.

b Πολλοὺς φεύγειν συνηνάγκασεν.] Τοὺς πολλοὺς *Big.*

c Προσιόντων] Προϊόντων *Big.* & *Lugd. Bat.*

d Ἐργατῶν] Ἐργαζομένων *Big.* τῶν ἐργάτων *L. B.*

e Ἑκαλέρων] Abest *Rost.*

f Τὸ σύνταγμα τῶν Γαλιλαίων] Τό, τε συντ. *Big.* & *Vat.*

g Διέφθειρε.] Corr. in *L. B.* διέφερε.

h Τόν τε γὰρ Ιωάννην] Τὸν γὰρ παρήγαγον *Big.*

i Περιεποιήσατο δυνατείας ἠμείβετο,] Περιποιήσατο *Big.*

k Συληθέντα] συνδιεφθάρτα *Rost.*

l Συνθετιζόμενοι,] Συνιθειμένοι *Big.* & *Gall.*

m Ωσπερ πορνείῳ τῇ πόλει,] Ita *Big.* ὡς in *Editis Aliisque.*

n Προφέροντες ἀπὸ] Προβάλλοντες *Big.*

o Βεβαμμένων χλανίδων] Ita rescripsi cum *Codd. Big.* ei consentiente *Pseudo-Hegesippo*, apud quem, *sub conchyliatis chlamydibus gladios occultantes.* κεκρυβλημμένων χλανιδίων in *Editis Aliisque.*

p Τῆς τείχους τύραννον] Illud τῆς è *Codd. Big.*

q Ἀπεκόπτετο.] Ἀπεκόπτετο *Big. Vat. Busb. Rhed. Paris.* & *Bod.*

r Διεστασιάζετο δὲ] Ita *Big.* & *Ruf.* Διεστασιάζει δὲ περ. τ. Ιωάννου ἡ δύναμις in *Editis Aliisque.*

* Quos etiam Galilæi novis inventis & audacia factionum corrumpebant, *Ruf.*

† Sine aliquo metu post satietatem muliebri libidine calescebant, *Ruf.*

tes à cæteris aliquid moliebantur contra tyrannum, aut quod ejus potentiæ inviderant aut crudelitatem oderant. Pugna autem congressi multos Zelotarum perimunt, cæterosque in aulam regiam à Grapte ædificatam (erat autem illa Izatæ regis Adiabenorum consanguinea) compellunt; una vero irrumpunt Idumæi, atque inde in templum pulsis Zelotis se convertunt ad pecunias Joannis diripiendas. nam in regia prædicta & ipse degebat, & tyrannidis spolia deposuerat. Interea autem quamplurimi Zelotæ, qui per civitatem dispersi erant, sese ad eos qui in templum fugerant aggregarunt; eosque Joannes adversus populum & Idumæos educere parabat. Istis autem, ut qui pugna plus possent, non tam impetus eorum metuendus erat, quam ne rerum desperatione de templo urbem noctu ingrederentur, ipsosque pariter occiderent atque urbem concremarent. Itaque cum coiissent una cum pontificibus, consultabant quo pacto sibimet de impetu caverent. At Deus profecto faciebat, ut illis suæ sententiæ male cederent, & remedium ad salutem excogitarent interitu acerbius. Quippe ut Joannem deturbarent, Simonem recipere statuerunt, & cum precibus alterum in urbem introducere tyrannum. atque ita decreto obtemperatur: missoque Matthia pontifice, Simonem ut intraret obsecrabant, quem sæpe metuerant. Simul & eum rogabant Hierosolymitæ qui fugerant Zelotas, domus quisque suæ & possessionum desiderio. Ille autem eis cum arrogantia pollicitus se in illis dominari velle, quasi civitatem quidem Zelotis liberaturus ingreditur; cui à populo tanquam servatori curatorique læte acclamatum est: ubi vero cum suis copiis introiit, de iis despiciebat quæ ad potentiam suam facerent; & qui eum acciverant non minus pro inimicis habebat, quam eos contra quos fuerat accitus.

Simonem in urbem recipere decretum est.

Quanam acciderant Simoni ad ingressum ejus, quaque postea passus est populus.

12. Ita quidem Simon belli anno tertio mense Xanthico Hierosolymorum factus erat dominus. Joannes autem cum multitudine Zelotarum templo exire prohibitus, amissis etiam quæ in civitate habebat, (nam statim res eorum Simon cum suis diripuerat) salutem desperare cœpit. At Simon, populo adjuvante impressionem faciebat in templum. Illi autem, cum in porticibus perque propugnacula constitissent, impetum propulsabant: multique ex Simonis parte cadebant, multique saucii deferebantur. nam facile è locis superioribus ictuque certissimo tela conjiciebant Zelotæ. At quamvis loco plus possent, turres tamen quatuor maximas insuper ædificarunt, ut ex alto missilia torquerent, unam quidem

Simon templum, ubi Zelotæ erant, aggreditur.

τῷ τυράννῳ, [s] φθόνῳ τε τ ἰσχύος αὐτῦ καὶ μίσῃ τ ὠμότητος. συμβαλόντες δὲ [t] ἀναιρῦσί τε πολλὺς τ ζηλωτῶν, καὶ σωελαύνουσι τὺς λοιπὺς εἰς τ βασιλικὴν αὐλὴν καλασκλαθεῖσαν ὑπὸ [v] Γραπτῆς· συγγενὴς δὲ ἦν αὕτη καὶ τ Ἀδιαβηνῶν βασιλέως [x] Ἰζάτυ· σωεισπίπτουσι δὲ [y] οἱ Ἰδυμαῖοι, κἀκεῖθεν εἰς τὸ ἱερὸν [z] ἐξώσαντες τὺς ζηλωτὰς, ἐφ' ἁρπαγὴν ἐτράποντο τ Ἰωάννυ χρημάτων. ἦν γὰρ τ [a] προειρημένην αὐλὴν [b] αὐτός τε ἦν, [c] κἀκεῖ τὰ λάφυρα τ τυραννίδος καλέθετο. ἐν δὲ τύτῳ τὸ πλῆθος τ πόλιν ἐσκεδασμένον πλῆθος τ ζηλωτῶν εἰς τὸ ἱερὸν πρὸς τὺς Ἀδιαβεφευγότας ἠθροίσθη, καὶ καλάγειν αὐτὺς παρεσκευάζετο Ἰωάννης· ὅπλά τε τ δῆμον καὶ τὺς Ἰδυμαίυς, τοῖς δὲ οὐκ ἦν τ ἔφοδον αὐτῶν καλασβεῖναι παρέσῃ μαχιμωτέροις οὖσιν, ὡς τ ἀπόνοιαν, μὴ νύκτωρ [d] ἀπὸ τ ἱερᾶ [e] παρεισδύντες, αὐτύς τε Ἀδιαφθείρωσι, καὶ τὸ ἄσυ καλαπρήσωσι. συνελθόντες δὴν [f] μὲν τ ἀρχιερέων ἐβελεύοντο, τίνα χρὴ τρόπον φυλάξασθαι τ ὑπόθεσιν. Θεὸς δὲ ἄρα τὰς γνώμας αὐτῶν εἰς κακὸν ἔτρεψε, καὶ χαλεπώτερον ἀπωλείας [g] ἐπενόησαν τὸ πρὸς σωτηρίαν φάρμακον. ἵνα γὰρ καλαλύσωσιν Ἰωάννην, ἐκρωσαν Σίμωνα δέχεσθαι, καὶ μεθ' ἱκετηριῶν δεύτερον εἰσαγαγεῖν ἑαυτοῖς τύραννον. ἐπεραίνετο δὲ ἡ βελή. καὶ τ ἀρχιερέα Μαθθίαν πέμψαντες ἐδέοντο Σίμωνος εἰσελθεῖν, ὃν [h] πολλάκις ἔδεισαν. συμπαρεκάλουν δὲ οἱ ἐκ τ Ἱεροσολύμων τὺς ζηλωτὰς φεύγοντες, πόθῳ τ οἴκων καὶ τῶν χρημάτων. ὁ δὲ, αὐτοῖς ὑποφήτας καλανεύσας τὸ δεσπόζειν, εἰσέρχεται μὲν ὡς ἀπαλλάξων τῶν ζηλωτῶν τ πόλιν, [i] σωτὴρ ὑπὸ τ δήμυ καὶ κηδεμὼν εὐφημούμενος. παρελθὼν δὲ μετ δυνάμεως ἐσκόπει τὰ περὶ τ ἑαυτῦ δυναστείας, καὶ τὺς καλέσαντας οὐκ ἧττον ἐχθρὺς ὑπώμοζεν, ἢ καθ' ὧν ἐκέκλητο.

ιβ'. Σίμων μὲν ἔτως σωαυτῷ τρίτῳ [k] δὲ πολέμυ Ξανθικῷ μηνὶ Ἱεροσολύμων ἐγκρατὴς [l] ἐγένετο. Ἰωάννης δὲ καὶ τὸ τῶν ζηλωτῶν πλῆθος, εἰργόμενοι τῶν ἐξόδων δι' ἱερᾶ, καὶ τὰ τ πόλεως [m] ἀπολωλεκότες προσχῆμα μὲν τὰ ἐκείνων οἱ περὶ τ Σίμωνα διήρπασαν· ἐν ἀπόρῳ τ σωτηρίαν εἶχον. [n] πρόσω ἐβαλλε δὲ τῷ ἱερῷ Σίμων, δι' δήμυ βοηθοῦντος· κἀκεῖνοι, καλαστάντες ὑπὲρ τῶν στοῶν καὶ τῶν ἐπάλξεων, ἠμύνοντο τὰς προσβολάς· συχνοὶ δὲ ἔπιπτον τῶν περὶ Σίμωνα, καὶ πολλοὶ τραυμαλίαι καλεφέροντο. ῥᾳδίως μὲν ἐξ ὑποδεξίυ τὰς βολὰς οἱ ζηλωταὶ, καὶ ἐκ ἀστόχυς ἐποιοῦντο. πλεονεκτοῦντες δὲ [p] τῷ τόπῳ, [q] καὶ πύργυς ἔτι [r] προκαλεσκευάσαν τέσσαρας μεγίστυς, ὡς ἀφ' ὑψηλοτέρων ποιοῖντο τὰς ἀφέσεις, τ μὲν

---

s Φθόνῳ τε τ ἰσχύος αὐτῦ] Φόνῳ τε τ. ἰσχύος καὶ μίσῃ τ ὠμότητος αὐτῦ *Big.*

t Ἀναιρῦσί τε πολλὺς τ ζηλωτῶν,] Ἀναιρῦσι πολλὺς *Big.*

v Γραπτῆς.—Ἀδιαβηνῶν βασιλέως] Conf. supr. lib. 2. c. 18. §. 2. SPANH.

x Ἰζάτυ] Ita ex *Rufino* & *Josepho* l. VII. volueratque ita *Coccejus*. Ἰζᾶ in *Græcis* omnibus.

y Οἱ Ἰδυμαῖοι,] Illud οἱ non agnoscit *Big.*

z Ἐξώσαντες τὺς ζηλωτὰς,] Περιεξώσαντες *Big. Coisl.* & *Rhed.*

a Προειρημένην αὐλὴν] Sic *MSS.* προμνημένην in *Editis.*

b Αὐτός τε ἦν,] Αὐτός τε ὢν in *plerisque MSS.*

c Κἀκεῖ τὰ λάφυρα] Κἀκεῖ καὶ τὰ *Big.* ἐκεῖ καὶ τὰ *Vat.* & *Paris.*

d Ἀπὸ δι' ἱερᾶ] Ex δι' ἱερᾶ in *plerisque MSS.*

e Παρεισδύντες,] Παρεισδύντες αὐτύς τε Ἀδιαφθείραντες, τὸ ἄσυ κ. *Big.*

f Μεθ' ἱερέα τ ἀρχιερέων] Conf. supr. c. 3. §. 8. & c. 4. §. 3. & infr. lib. 5. c. 13. §. 1. lib. 6. c. 2. §. 2. ut & de Vita §. 38. SPANH.

g Ἐπενόησαν τὸ πρὸς σωτηρίαν φάρμακον.] Ἐπινοήσαντες πρὸς σ. *Vat. Voss.* & *Gall.*

h Πολλάκις ἔδεισαν.] Ita *Big.* & *Ruf.* πολλὰ in *cæteris.*

i Σωτὴρ] In *Cod. Big.* ὁ σωτὴρ ὑπὸ τ.

k Τῷ πολέμυ] Illa δι' πολέμυ inserui auctoritate *Codd. Big. Vat. Voss. Rost. Paris. quinque*, & *Bod.* neglexi tamen τριτῳ quod nobis post μηνὶ exhibet solus *Big.* Verum nec illorum vola aut vestigium in *Rufino*, qui totum hoc præterit, Σίμων μὲν ἔτος σωαυτῷ τρίτῳ δι' πολέμυ Ξανθικῷ μηνὶ Ἱεροσολύμων ἐγκρατὴς ἐγένετο.

l Ἐγένετο.] Γίνεται *Big.*


m Ἀπολωλεκότες] Ἀπολωλεκότων *Big.*

n Προσέβαλλε δὲ] Προσέβαλε *Big.* & *Paris.* προσέβαλλετο *Voss. Rost. Coisl.* & *Gall.*

o Περὶ Σίμωνα,] Περὶ τ Σίμωνα *Big.* & *Voss.*

p Τῷ τόπῳ,] τ τόπον *Rost.*

q Καὶ πύργυς ἔτι]



REL.

r Προκαλεσκευάζαν τέσσαρας μεγίστυς,] Προσκαλεσκεύασαν *Vat.* & *Voss.* προκαλεσκεύασαντες *Big.*

s Ανε-

χτ\ τ [s] ἀναλολικὴν χ) [t] βορείαν γωνίαν, τ δὲ ἕ ξυστὸν καθύπερθεν, τ δὲ τρίτον χτ\ γωνίαν ἀλλὴν ἀντικρὺ τ κάτω πόλεως, ὁ δὲ λοιπὸς ὑπὲρ τ κορυφὴν καλεσκεύασο τῶν [v] παστοφορίων· [x] ἔνθα τῶν ἱερέων εἷς ἐξ ἔθους ἐσάλπιγε ἑκάστην [y] ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν [z] προεσήμαινε σάλπιγγι δείλης, χ) τελεσθεῖσαν αὖθις ἑσπέραν, [a] ὅτε μὲ [b] ἀνεργεῖν τῷ λαῷ καλαγγέλλων, ὅτε δὲ ἔργων ἔχεσθ. διέσησαν δὲ ὅπι τῶν πύργων ὀξυβελεῖς τε χ) [c] λιθοβόλες μηχανὰς, τές τε τοξότας χ) σφενδονήτας. ἔνθα δὴ τὰς μὲν προσβολὰς ἀκνηροτέρας ἐποιεῖτο ὁ Σίμων, μαλακιζομένων αὐτῷ τῶν πλειόνων, [d] ἀντεῖχε δὲ ὅμως τῇ ἰσίᾳ δυνάμεως· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀργάνων βέλη πορρωτέρω φερόμενα [e] πολλὲς τῶν μαχομένων ἀνῄρει.

ad orientalem angulum & borealem, alteram vero ſuper Xyſtum, tertiamque ad alium angulum, è regione civitatis inferioris, reliqua autem ſupra verticem Paſtophoriorum erat exſtructa: ubi unus de ſacerdotibus pro more aſtans clangore tubæ veſpertino diem quemlibet ſeptimum ineuntem præſignificabat, rurſuſque ad veſperam eundem deſiiſſe, & quando feriari oportet indicans, & quando operi incumbere. Per turres autem diſpoſitæ erant ſcorpiones & baliſtæ, itemque ſagittarii & funditores. Itaque tunc Simon ſegnius quidem ferebatur ad impreſſiones faciendas, quod ſuorum plerique de impetu ſuo remitterent, * ex copiarum tamen abundantia *fortiter* reſiſtebat: tela autem machinis emiſſa è longinquo pugnantium multos perimebant.

Mos ſeptimi diei initium tuba ſignificandi.

ΚΕΦ. ί. CAP. X.

Ως οἱ στρατιῶται ὁ Ἰουδαίᾳ χ) Αἰγύπτῳ Οὐεσπασιανὸν ἀνηγόρευσαν αὐτοκράτορα· ὥς τε Ἰώσηπον ὁ δεσμῶν Οὐεσπασιανὸς ἀνίησιν.

Quomodo milites in Judea & Ægypto Veſpaſianum declarant imperatorem: utque Joſephum vinculis liberat Veſpaſianus.

ΚΑΤὰ δὲ τ αὐτὸν καιρὸν πρὸς τούτοις χ) τ [f] Ῥώμην πάθη [g] χαλεπώτερα. παρῆν μὲ γὰ ἀπὸ Γερμανίας Οὐϊτέλλιος ἅμα τῷ στρατιωτικῷ πολὺ πλῆθ ὀπισυρόμ ἕτερον. μὴ χωρούμ ἐν τοῖς ἀποδεδειγμένοις εἰς τὲς [h] στρατιώτας πρὸς βόλοις, ὅλην ἐποιήσατο τ Ῥώμην στρατόπεδον, χ) πᾶσαν οἰκίαν ὁπλιτῶν ἐπλήρωσεν. οἱ δ ἀνθρώποις ὀφθαλμοῖς τ Ῥωμαίων πλῆτον θεασάμ οἱ, χ) περιλαμφθέντες πάντοθεν ἀργύρῳ τε χ) χρυσῷ, τὰς ὀπθυμίας μόλις κατεῖχον, ὥστε μὴ ἐφ' ἁρπαγὰς [i] τρέπεσθαί τε, χ) τὲς ἐμποδὼν γινομένους ἀναιρεῖν. χ) τὰ μὲν κτ\ τ Ἰταλίαν ὧδε τούτοις ἦν.

Vitellius totam urbem Romam caſtra facit & militibus opplet.

AT per idem tempus Romam etiam graviora circumſiſtebant mala. Aderat enim ex Germania Vitellius cum exercitu, aliam præterea ingentem multitudinem poſt ſe trahens. Et cum excipi non potuerit ſpatiis militi deſtinatis, Romam univerſam pro caſtris habebat, omnemque domum armatis opplevit. Illi autem cum Romanorum divitias oculis rebus ejuſmodi inſuetis conſpexiſſent, & undique circumfuſi eſſent argenti aurique ſplendore, vix cupiditatem continebant, ne ad rapinas ſe converterent, ſuiſque deſideriis obſtantes occiderent. Et in Italia quidem ita ſe res habebant.

β. Οὐεσπασιανὸς δ, ὡς τὰ πλησίον Ἱεροσολύμων καλαστρεψάμ ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν, ἀκούει τὰς [k] κτ\ τ Ῥώμην ταραχὰς, χ) Οὐϊτέλλιον αὐτοκράτορα. τοῦτο ἦν αὐτὸν, καίτοι ἄρχειν καλῶς ὀπισάμ ον, εἰς ἀγανάκησιν προήγαγε, χ) τ [l] μὲν ὡς ἐρέμ καλαμανέντα τ ἡγεμονίας ἠδόξ δεσπότ. ἠλγησας δ τῷ πάθ, καὶ περεῖν τ βάσανον οὐκ οἷός τε ἦν, χ) τ πατρίδ πορθουμένης ἑτέροις [m] προσβυσχολεῖν πολέμοις. ἀλλ' ὅσον ὁ θυμὸς ἤπειγεν ὅπι τ ἄμυναν, τοσοῦτον εἶργεν ἡ ἔννοια τ διαστημάτ. πολλὰ γὰ φθάσαι [n] παναργήσασαν τ τύχην, πρὶν αὐτὸς εἰς [o] τ Ἰταλίαν περαιωθῆναι, χ) ταῦτα χειμῶν ὥρᾳ πλέοντα, σφαδάζουσαν ἤδη καλεῖχε τ [p] ὀργήν.

Veſpaſianus ægre fert Vitellium imperatorem.

2. Veſpaſianus autem, cum, omnibus in vicinia Hieroſolymorum everſis, Cæſaream revertiſſet, audit tumultus Romæ ortos eſſe, & Vitellium factum imperatorem. id quod etiam ipſi, licet imperium pati æque ac bene imperare poſſet, indignationem commovit; eumque, qui in imperium tanquam deſertum furore incitatus erat, dominum quidem dedignabatur: dolore autem percitus cruciatum ferre non poterat, neque aliis vacare bellis cum patria vaſtaretur. Veruntamen quantum ira impellebatur ad ulciſcendum, tantum cogitatio de locorum intervallo eum reprimebat. nam quod multa fortuna verſatilis poſſet nova facere, priuſquam ad Italiam, præſertim hyemis tempore, trajecturus eſſet, hoc ipſum jam creſcentem iracundiam cohibebat.

γ. Συνιόντες δ οἵτε ἡγεμόνες χ) οἱ στρατιῶται καθ' ἑταιρίαν, φανερῶς ἤδη μεταβολὴν ἐβουλεύοντο, χ) ἀγ-

Milites etiam cum indignatione

3. Duces autem militeſque per ſodalitia coëuntes aperte jam de mutatione conſultabant, & cum

[s] Ἀναλολικὴν] ἀνατολὴν *Gen.*
[t] Βορείαν γωνίαν,] ita *Big.* Βέριον *Alii.*
[v] Παστοφορίων] Vid. LXX. Jerem. XXXV. 4. SPANH. Vox παστοφόριον aliquoties occurrit apud LXXII. *Interp.* ubi *cella* & *exhedra* redditur. in 1 *Macc.* c. 4. v. 38. habemus *Paſtophoria diruta.* quæ *Grotius* interpretatur, *Conclavia illa ad templi latera, in quibus ſervabantur veſtes ſacerdotales, inſtrumenta templi, copia aromatum* &c. Videſis *Cuperi Harpocraten*, p. 124. &c.
[x] Ἔνθα τ ἱερέων εἷς] Hoc videtur eſſe tectum illud quod ſtante Templo I. & forte etiam II. dictum fuit מוסך שבת Tectum Sabbathi. 1 Reg. REL.
[y] Ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν] Dicit hîc ἑβδομάδα, quam alibi ἑβδόμλν. Vide *Grotium* ad 2 *Macc.* c. 12. v. 31.
[z] Προεσήμαινε σάλπιγγι δείλης,] Tres σημασίας ex *Hebræorum Magiſtris* affert *S. Petitus* (in *Animadv. ἀνεκδότοις tom.* 2. p. 572. &c.) deque ultima, ad occaſum ſcilicet Solis, hanc præcipue intelligendam eſſe dicit.
[a] Ὅτε] ὁ τε & hic & ſtatim *L. B.*
[b] Ἀνεργεῖν τῷ λαῷ καλαγγέλλων,] Ita *Vat. Bod.* & *Voſſ.* ἀνιέργειν in *Editis Aliiſque.* ſi quis malit ἀφιέναι, per me licet.
[c] Λιθοβόλες μηχανὰς,] Πετροβόλες *Big.*
[d] Ἀντεῖχε δὲ ὅμως] Ἀντέχει *Big.* in *Rufini* verſione, *propius accedebat.*
[e] Πολλὲς] Illud τὲς quod Editi inſcrebant non agnoſcunt. *Lugd. Bat.* & *quinque Pariſ.* HAV.
[f] Ῥώμην] Ῥωμαίων ἡγεμονίαν *Big.*
[g] Χαλεπώτερα.] Ita *Big.* & *Ruf.* χαλεπὰ in *cæteris.*
[h] Στρατιώτας πρὸς βόλοις,] στρατιωτῶν πρὸς βόλες. *Roſt.*
[i] Τρέπεσθαί τε,] Τραπέσθ τε *Big.*
[k] Καθ' τὴν Ῥώμην ταραχὰς,] Κατὰ Ῥώμλν *Big.*
[l] Μὲν ὡς ἐρέμ] Illud μὲ è *Cod. Voſſ.*
[m] Προσβυσχολεῖν πολέμοις.] Προσασχολεῖν *Bod. Roſt.* & *Voſſ.*
[n] Παναργήσασαν τὴν τύχην,] Καλλιεργήσασαν *Big.*
[o] Τὴν Ἰταλίαν] Τὴν deeſt *Big.*
[p] Ὀργήν.] Ὁρμὴν *Big.*

* Amplioribus tamen copiis fretus, propius accedebat, *Ruf.*

Nuncium de Vitellio excipiunt.

